

sum nihil prodituram, quod omni proconio non sit par  
 et æquum. Equidem si festinando hoc effecerim, ut  
 maturare tu quoque velis editionem opusculi, quod me  
 præcipue docturus sis Τῆς ἡαεῖ βιβλίου, τῆς δ' ἐξ α, τῆς  
 ποὶ δ' οὐ β' ἐτελεσθῆ. simul de literatis omnibus  
 et me ipso splendide uterque merueris, quod ut fieri  
 patiaris, Viri Eximie, serio te rogo. Hugae Com.  
 IV. ΠΙ ΔΕΥ. C121562 III.

D. Faetor et amicis  
 integer

Salmasio.

Cl. Salmasio  
 Viri incomparabili.

C. Auguinus. S.

(430).

Distuli ad te scribere, Viri Nobilissime, et ex ingenti itinere  
 felicem reditum gratulari, cum spes identidem alluceret  
 fungi me hoc officio posse coram et reciproco verbo  
 rum commercio, quibus te præcipue disserentem audire  
 esset de miraculis Regiae Virginis, quos mihi quidem  
 tota miraculum est. Distuli hoc <sup>ergo</sup> ac differo, ut  
 vides, varie districtus, et ab itinere tam breviculo  
 aliis subinde aliisque negotiorum avocamentis impe-  
 ditus. Dispungetur tamen hoc nomen ~~occur~~ quanto  
 cius, si deo visum erit, dum defluit annis, et  
 ille labitur, Ecce me lauceatum tibi sisto, atque  
 ijs floribus redimitum, quibus, natura genio, inde  
 a puero fateor me captum et gavisum, et plusculum  
 indulsisse, quo successu fama viderit: quam laudabili  
 instituto, quam minus probo, hinc illi censeant  
 quibus ista cura aut contemptus, inde alii, quibus aut  
 ingrata aut placita sunt. pro palatis enim et hominum  
 diverso captus iocularium perinde ac seriorum fata  
 cadunt. Noster autem ille furor involare solet  
 in obvios quoscunque casus. etiam e re non levi-  
 cula ludendi argumenta captare. Egregios nimirum  
 cives Poetas, qui in <sup>ipsa</sup> clade publica suppetere, quo se  
 consolentur autumant, modo res in acumen incitat  
 Epigrammate dignum. Hanc ego <sup>sepe</sup> hisce diebus in-  
 saniam insanivi, operamque dedi sedulo, ut quam  
 paucissimas id Christiani Orbis genti lateret, singulas  
 suo sermone testes advocavi meae, ut elementer dicam  
 impotentia

impotentia. quod enim compendio, omnes ad eam, te  
bit Maxime, e proximo compellaturus es, qui si te ungi  
hinc hoc fasmosus es, assequi te non ea quae dixi, sed  
quos volui dicere, non nihil olei videbor non perdidisse.  
Accedunt ejusdem farinae aut purpuris alia paucula  
Ceteri Xola et ipsa; quibus omnibus si te tanti illi  
abduci poteris a curis gravibus atque indefessâ tu  
cubrationum tela, quâ non dubia immortalitati  
nominis tui famam is insertum, rem facis, et pro  
sua humanitate tuâ dignam, et ad eam liberis) quâ  
non <sup>omnino</sup> indignus est amor in te meris, et cultus, et perpe  
tua et constant estimatio virtutum tuarum, et  
cum horrore quodam et stupore conditioni reverentia  
cujus cui ego parem non existitisse, a restauratis orbis  
Christiano literis, omnibus utique exhaecis ariacis  
predicare soleo. Tu vale, vir summe, et interpellationem  
culam boni consule. Haga Com: Prid: D: Jan. 1693. III.

A. M. Schurmannæ Nobilissimæ ac praestantissimæ Dominae.

(431).

Veterem ecce meam et solennem insaniam nuper insani  
vi. atque eius rei testem scilicet, universos pene  
Christiani orbis incolas, suo sibi sermone advocavi.  
Desunt, fateor, ad orientem non pauci, quos non  
compellavi, conscius mihi balbutiei meae aut insitiae.  
Sed desinendum alicubi fuit, ut esset unde tu ordiri  
posses. Equid eos tibi rite salit? eritque in manu  
tuâ Trajectinas Musas cohibere, post tam garrulas  
Hagienses? Adjicio poematum unum atque  
alterum ceteri Xolov, ut caetera, et praecipiti furere  
natum. Haec, ubi commodum erit, remitti postulo,  
quia autographa impudenti perire, neque ad manum  
nunc erat, qui describeret. Vale Virgo Nobilissima,  
Disque Voetio et Suranavio, si tanti est, singula horum  
exemplaria meo verbis tuisque tradi jube. Scrib.  
Haga Com: 17. Jan. 1693.

Magni nominis et virtutis tuae  
cultor perpetuus.

Cyriaco Lentulo